

1. Num. Joseph deropgit, friend. K.C. Matth. 1, 18.  
 2. De Immanuelle Matth. 1, 8f 23.  
 3. De exodus Gen. 1 Joh. 11, 2.  
 4. De amicta baptiste Matth. 3, 4. Mr. 1, 6  
 5. De uita Baptista Matth. 3, 4. Mr. 1, 6  
 6. Curta Sieg morte Mt. 5, 14. BV  
 7. De bedroefenis Ara Eleemysynes. Mt. 6, 2. PL  
 8. De lumen temporum, offervandis. Mt. 15, 1-4  
 9. De Augst. Petrik Karp. Mt. 16, 13-19. Incau.  
 10. Tu er das, fley de. inventio. Mt. 16, 16.  
 11. De claris hab. Mt. 16, 19.  
 12. De austentate Clav. Ioh. & Izy. Mt. 16, 19  
 13. De diabolis. <sup>Parabola</sup> Et solutio. Mt. 17, 24.  
 14. Reges de opferingis uirina. Mt. 20, 1-16  
 15. Vol. Et i. organizatione nobilium. Mt. 23, 37.  
 16. Christi uirtus. De hiscione Engli. Mt. 24, 14.  
 17. De et datus Et. Mt. 24, 28  
 18. Auger Sangunis Mt. 27, 3-11.  
 19. Tumba Servatoris. Mt. 27, 6.  
 20. De Cred. Judas. Ioh. Mt. 28, 1. Mr. 16, 2.  
 21. De curia mortis p. oler. Sancti. Mr. 6, 13. Ies. V, 14.  
 22. De incarnatione Mysterio. Lxx. 1, 35  
 23. De Maryja Et. prae servata.  
 24. De nove lega. Lxx. 2, 21  
 25. De identi abbl. peccatoris Lxx. 7, 47, 48  
 26. Agobriges Lxx. 8, 13  
 27. Et curia Sabbathica. Lxx. XV.  
 28. De Memoria mysticarum Lxx. XVI, 9  
 29. De Cives. Lxx. 16, 9  
 30. .... Lxx. 16, 9.  
 31. De Laetivitis Et. Lxx. xix, 41.  
 32. Per glorie accepit. Lxx. 22, 73

25.

DISPUTATIO THEOLOGICA

AD LOCUM

Luc. VII, 47. 48.

D C

ITERATA  
ABSOLUTIONE  
PECCATRICIS, CUI  
PECCATA JAM REMISSA  
FUERANT,

2 V A M  
S U B P R Ä S I D I O

DN. THOMÆ ITTIGII,

SS. Theol. Doct. ejusdemque P. P. Facultatis suæ h. t. Decani,  
Præfulatus Misenensis Canonici, Consistorii Assessoris, ad D. Nicolai  
Pastoris & Diœcœsos Lips. Superintendentis,

Domini Præceptoris atque Patroni sui omni  
observantiæ cultu æternum suspiciendi

Ad d. 28. Aug. A. C. 1703.

IN AUDITORIO THEOLOGICO

Horis Consuetis  
Publico examini subjicit

RESPONDENS

M. JOH. GEORG. Schultes

Waldenburgo - Misn.

L I P S I A ,

Typis Joh. CHRISTOPH. BRANDENBURGERI.

DISPUTATIO THEOLOGICA  
IN LEGAM  
PRO A.D. M. 43

LITERATA  
AB SOLITUIONE  
PREGATRICI. CUI  
PREGATA TAN REMA  
FUE RANT.

SCARITAS IDIO  
DK HOMÆ LITTERÆ

DOMINI PISCIBUS SARDINE LACRIMA VITIO  
OPULOSA CUM MECANO PLEBEI  
22. Tunc Dogmatiscūdā. P. H. Sacrae Scripturæ De cū  
Prædictis Miseris Quoniam. Concessio. Alij. Nicopoli  
Parvulae de Dicessat. Ibi. quidam interrogavit  
DK HOMÆ LITTERÆ

IN AUDITORIO THEOLOGICO  
HOC CONVENT  
LUDVICO SEVERINO VENETI  
BESIODENSIS

MATH. GEORG. BURG  
Wittenbergensis - M. 1611

Diese Tafel der Cartularia Brandenburgensis



I. N. J.

§. I.

**N**ter varios Novatorum de confessione privata & absolutione errores non minimus est, quod hominibus justificatis & in gratia jani constitutis remissionem peccatorum vere conferri posse negant, in quo errore refutando ingenii mei vires periclitari opera & pretium duxi. Neque tamen argumenta, quibus illa sententia impugnari potest, omnia in medium afferre lubet. Sufficiet mihi unicum mulieris peccatricis exemplum, cui, cum peccata ipsiā remissa essent, Christus remissionem peccatorum in ipso gratiae statu denuo contulit. Cum enim Christus de hac muliere ad Simonem Pharisaeum dixisset: ἀφέωνται αἱ ἁμαρτίαι σους αἱ ἁμαρτίαι, remissa sunt peccata ejus multa, mox ad ipsam mulierem conversus, ἀφέωνται σύ, inquit, αἱ ἁμαρτίαι, remissa sunt peccata tua, Luc. VII, 47-48.

§. II. Magnas, Polycarpo Lysero judice, harmon. evangel. c. 157. Evangelista Luca debemus gratias, quod insignem de muliere ista peccatrice historiam scriptis mandaverit. Age igitur eam paucis expendamus. Et antecedentia quidem si consideremus, deprehendimus, Christum Pharisaeos & legis interpres, qui consilium DEI adversus seinet ipsos aspernati fuerant, v. 30. gravi elenco objurgasse, quod ipsam Sapientiam justificare ausi fuerint. v. 31. & seqq. Cum qua Phariseorum objurgatione Evangelista immediato nexus jungit rem a Phari-

sæo quodam gestam, qui, si externam speciem videoas, melior ordinis sui sociis videbatur, quippe qui Christum concione finita ad convivium invitabat.

§. III. Nomen hujus Pharisei a Christo exprimitur, v. 40. ubi Simon appellatur. Cum autem in ædibus hujus Simonis Pharisei, referente Luca, a muliere quadam unctus fuerit, & Matthæus c. XXVI, 6, & seqq. & Marcus c. XIV, 3, simili honore Christum in ædibus Simonis leprosi a muliere quadam affectum memorem, jam olim quæstio agitata fuit, num Simon Phariseus idem sit cum Simone leproso, an aliis? Prius affirmant Autor sermonis de ablutione pedum inter Cypriani opera editi, Chrysolomus homil. 81. in Matthæum & Ambrosius ad c. 7. Luc. quibus e recentioribus inter alios subscrubunt Maldonatus comment. ad Matth. 26. & Barradius tom. 2. Concord. libr. 8. c. 13. Posteriorius asserunt Augustinus lib. 2. de consensu Evangelist. c. 79. Theophylactus ad Luc. 7. Beda ad Matth. 26. & alii, quorum sententiam rationibus præponderare judicamus. Simon enim Phariseus in Galilæa, Simon leprosus in Iudæa Christum convivio exceptit, neque Simon leprosus quondam & postea a Christo ita curatus, ut præter nomen nihil lepræ ipsi amplius adhaeret, ejusdem cum Simone Phariseo hypocrita & traditionum tenacissimo ingenii fuisse deprehenditur.

§. IV. Dum ergo Christus in ædibus Simonis Pharisei mensæ accumbit, accessit mulier peccatrix cum alabastro ungventi, quæ pedes ejus lacrymis rigavit, capillis capitis sui exterlit, deosculata est, & unguento, quod attulerat, delinivit. Cum autem & reliqui Evangelistæ mulieris cuiusdam, quæ Christum unxit, mentionem faciant, Matthæus c. XXVI, 6. & seqq. Marcus c. XIV, 3. seqq. & Johannes c. XI, 2. & XII, 13. quorum postremus a Maria, Martha & Lazari sorore, Christum unctum memorat, jam olim inter ecclesiæ doctores disceptatum fuit, num Evangelistæ omnes de una eademque muliere loquantur, an de-

diversis? Fuisse Origenis ævo, qui unam eandemq; mulierem ab Evangelistis commemorari censuerunt, ipse testis est homil. 35. in Matthæum. Neq; tamen ibi illorum sententia astipulatus est, sed contraria tenuit sententiā, nempe diversas mulieres Christum unxit, unam de qua Lucas, alteram de qua Matthæus & Marcus, tertiam de qua Johannes agit. Idem in homil. 1. & 2. ad Canticum Canticorum mulierem peccatricem, cuius Lucas meminit, ab altera, quæ Christum unxit, & a reliquis Evangelistis non ut peccatrix describitur, distinguit. Et quamvis Baronius ad A.C. XXXII, 20. objiciat, quod Origenes sanioris judicii effectus longe diversam firmaverit sententiam, nimirum mulierem, quæ in domo Simonis pedes Jesu unxit, cum Maria sorore Martha & Magdalena unam eandemque fuisse, quod Baronius ex Origenis homilia de Magdalena probare contendit, meminisse tamen debebat, quod ipse in notis ad Martyrologium Romanum jam observaverat d. 22. Jul. p. 305. nempe homiliam illam Latinum potius Scriptorem, quam Origenem redolere. Neque si genuina esset illa homilia, probari a Baronio posset, quod post ejus commentaria in Matthæum scripta fuerit, cum Juvenem sapiat & a scholæ declamationibus recentem, ut Cesaubonus in exercit, ad Baronium exercit. 14. sect. 11. p. 331. observavit. Prater Origenem, Christum non ab una tantum muliere unicum fuisse, asserunt Chrysostomus homil. 81. in Matthæum & homil. 61. in Johannem, Titus Bolstrensis ad Luc. 7. Theophylactus ad 14. Marc. p. 269. Servius in catena Patrum ad Lucam, p. 214. seu potius Severus, ut doctissimus Cotelerius in notis ad libr. 3. Constit. apostol. c. 6. recte montuit, & alii.

§. V. Unam vero eandemque mulierem ab omnibus Evangelistis commemorari præter eos, quorum ab Origene mentionem factam diximus, censuerunt e Græcis Theodorus & Apollinarius, ut refert Victor Antiochenus ad c. 14. Marci. Eandem sententiam propugnat Augustinus libr. 2. de consensu Ev-

angelist. c. 79. qui tamen alibi tract. 49. in Johannem incertus est, num Maria Lazari soror illa ipsa sit, quæ pedes Domini anxit unguento, & tergit capillis suis, quos laverat lacrymis. Similis inconstantia in Hieronymo deprehenditur. Nam in præfatione ad Oseam meretricem, quæ Domini pedes lacrymis suis lavit, eandem esse judicat, cum muliere, quæ indignantibus discipulis & maxime proditore Dominum unguento suo honорavit. At in commentario ad Matthæi c. 26, aliter statuit. Fluēt quoque Ambrosius lib. 6. comment. in Luc. Cum enim a Luca c. 7. & Matth. c. 26. eandem mulierem memorari dixisset, statim subicit: *poteſt non eadem eſſe, &c.*

§. VI. Nullus tamen veterum, qui vel ab una muliere, vel à pluribus, Christum unctum primis 5. seculis tradiderunt, Mariae Magdalena hancunctionem tribuisse legitur. Primus quod sciamus Christum a Maria Magdalena unctum creditit Gregorius M. quam & cum muliere peccatrice, cuius Lucas meminit, & cum Maria Lazari sorore eandem fuisse sibi persuasit, ut patet ex ejus homilia 25. & 33. in Evangelia, & lib. 6. epistolar. ep. 186. vel juxta novam editionem 22. Hanc Gregorii sententiam fecutus est Beda ad Matth. 26. Marci 14. Luca 7 & alii. Inprimis vero haec opinio, quod mulier peccatrix apud Lucam sit Maria Magdalena eademque soror Martha & Lazari, invalidit per officium ecclesiasticum, quod in die Mariae Magdalena juxta breviaria peragi consuevit. Nam & evangelium, quod in ista die legi solet, historiam mulieris peccatricis ex Luca continet, & in prosis ac hymnis illius diei omnia Mariae Magdalena tribuuntur, quæ vel Lucas de peccatrice muliere, vel Johannes & reliqui Evangelisti de Maria Lazari sorore retulerunt. Sane in hymno, qui incipit: *Lauda mater ecclesia, Maria Magdalena vocatur:*

*Maria soror Lazari,  
Quæ tot commissæ criminæ.*

Et

Et quamvis istum hymnum Clemens VIII. ex breviariis removet, non defunt tamen alia in breviario Romano, quæ Mariam Magdalenam cum peccatrice, cuius Lucas meminit, & cum Maria Lazari sorore confundunt. Lectio enim quartaita incipit: *Maria Magdalena, quæ fuerat in civitate peccatrix, &c.* & oratio illius diei ita se habet: *beatae Marie Magdalene quæsumus Domine suffragis adjuvemur, cuius precibus excitatus quadri-duanum fratrem Lazarum vivum ab inferis resuscitasti, qui vi-nis & regnas &c.* ut alia taceamus.

§. VII. Cum ergo hæc sententia pèr breviaria quodammodo canonizata videatur, longo tempore illi contradicere nemo ausus est, donec Jacobus Faber Stapulensis Parisiis 1517. ex officina Heinrici Stephani disceptationem de Maria Magdalena & triduo Christi ederet Francisco Molinæ inscriptam, in qua demonstrat, mulierem peccatricem a Luca commemora-tam neque Mariam, sororem Lazari, neque Mariam Magdale-nam fuisse. Tertiæ editioni hujus tractatus præfationem seu epistolam dedicatoriæ addidit Jodocus Clichtoveus 1519. qui etiam adversus Marcum de Grandivall eodem anno discepta-tionis hujus defensionem excudi curavit, ut refert Johannes Launoius in Academia Parisiensi illustrata p. 674. Grandivallus enim tractatum de unica Magdalena ex sententia catholicæ ecclæsiæ Parisiis 1518. apud Jodocum Badium ediderat. Præter Marcum de Grandivall opposuit se Fabro Johannes Fischerus, Roffensis Episcopus, qui libros tres de unica Magdalena contra Fabrum edidit. Idem contra commentarium Jodoci Clich-tovei in Jacobum Fabrum librum unum, & additiones de unica Magdalena adornavit, ut ex catalogo operum Fischeri apud Jo-hannem Pitseum de illustribus Angliae Scriptoribus p. 717. e-luiscit. Non solum autem refutata est a nonnullis illa Jacobi Fabri disputatio, sed etiam in indicem expurgatorium Ale-xandri VII. iustu editum relata. Præterea Facultas Theologi-

ca Parisiensis A. C. 1521. d. 9. Novemb. decreto in comitiis solenibus post varias de eodem arguento collationes edito, sententiam Gregorii M. de unica Maria Magdalena peccatrice & Marthae sorore a suis alumnis propugnandam sanxit, ut evangelio Christi & ritui ecclesiae catholicae consentaneam, scripta vero aduersus hanc sententiam nullatenus esse toleranda, omnibusque de suo gremio existentibus vel futuris prohibuit, ne deinceps eorum quisquam præsumeret in concionibus ad populum & disputationibus publicis librisve, aut alias asserere plures esse Magdalenas, aut in dubium vocare quod sit unica, quod decreatum d. 7. Decembris ejusdem anni ratum habitum est, ut narrat Natalis Alexander histor. eccles. sec. 1. part. 2. p. 137. Conferatur etiam de isto decreto Ludovicus Ellies du Pin Biblioth. nov. eccles. tom. 13. qui tamen aliam nunc & saniorem esse Sorbona sententiam haud dissimilavit.

§. IIX. Nimirum haud defuerunt inter Sorbonistas pariter ac alios Pontificios, qui animadverterent, idem cum Fabro insignes quosdam Ecclesiae doctores statuisse, & tantum abesse, ut Scriptura Christum a sola Maria Magdalena unctioni dicat, ut potius nullus Evangelistarum in locis illis, ubi Christus a muliere quadam unctionis memoratur, illam unctionem a Maria Magdalena factam asserat. Ideoque Gulielmus Estius in oratione 14. non dubitavit haec tria probanda in se suscipere, mulierem peccatricem & Mariam Magdalenam esse diversas, peccatricem illam & Mariam Lazari sororem itidem diversas esse, denique diversas quoque esse Mariam Magdalenam & Mariam Lazari sororem. Nec obstitit Facultatis Theologicae Parisiensis decretum, quo minus Sorbonistis liceret unam, quæ vulgo haec tenus credita fuerat, fœminam in plures dividere, modo non dicerent, tres fuisse Marias Magdalenas. Quin etiam eō res deveñit, ut qui breviarium Parisiense meliori formæ restituere conati sunt, nec non correctores breviarii Aurelianensis & Vien-

ne-

nensis in Delphinatu mulierem peccatricem & a Maria sorore Lazar, & a Maria Magdalena, quæ fuerat a septem dæmoniis obsecra, aperte distinguentes hymnos & officia in festo B. Mariae Magdalena decantari solita mutaverint, ut refert Bernardus Lamy in dissertatione de unica Magdalena, qui tamen sententiam a vulgo Romana ecclesie receptam in ista dissertatione stabilire nititur.

§. IX. Nos semota autoritate tantum abest ut statuamus, mulierem peccatricem, de qua Lucas agit, fuisse Mariam Lazar sororem, ut potius rationes non contempnendas contrarium evincere censeamus. Mulierem enim quæ a Luca ut γυνὴ ἐν τῇ πόλει αἱματοκόλων describitur, notorio flagitio vulgata erat, nec digna judicabatur, a qua Jesus se tangi pateretur. Mariam autem Lazar sororem diligebat Jesus, & ipsa meliorem partē elegisse laudatur, nec ab ea Judai abhorreban tanquam a peccatrice Luc. X, 42, Joh. XI, 5. 31. Adhac mulier peccatrix, de qua Lucas agit, in Galilæa commorabatur, Maria vero Lazar soror Beathanæ in Judæa, ut alias magna inter utramque diversitatis rationes taceamus. Nec obstat, quod Maria Lazar soror Joh. XI, 2, dicatur Christum unxiisse ejusque pedes capillis suis extersilse, unde inferri posse videtur, quod Maria Lazar soror, antequam Jesum Beathanæ ungeret, quæ historia postea demum c. XII, I. seq. narratur, alibi eum jam antea unixerit, nempe in domo Simonis Pharisei, ut Lucas retulit. Responderi enim potest, Matthæum X, 4, & Marcum III, 19. cum Apostolos a Christo electos referunt, de Juda dicere, quod Christum prodiderit, non quod jam illo tempore, cum ad Apostolatum electus est, Christum prodidisset, sed quia illa ætate, cum Evangelista historiam suam scribebent, Judæ proditio jam facta fuerat, ideoque ea in serie rerum gestarum per anticipationem memorari poterat. Eadem igitur ratione Johannes de Lazar infirmitate & morte agens sororem ejus Mariam fuisse dicit τὴν αἱματοκόλων τὸν κύριον

*μύεια*, non quod jam illo tempore, quo Lazarus agrotavit, Christum unxiisset, sed quia tum, cum Johannes evangelium suum scriberet, uncio illa jam facta fuerat, ut Gerhardus harmoniae evangelicae c. 143. p. 38. & Beza ad Joh. XI, 2, recte annotarunt.

§. X. Tantum quoque abest, ut mulierem peccatricem, de qua Lucas agit, Mariam Magdalenam fuisse censemus, ut potius nulla ratione satis solida illam sententiam suffulciri posse judicemus. Evidem Lucas cum sub finem capituli 7. historiam de muliere peccatrice narrasset, statim sequenti capite etiam Mariæ Magdalena mentionem facit, quæ a septem dæmonibus per Christum liberata de facultatibus suis ipsi ministravit. Verum quod Maria hæc Magdalena mulier illa peccatrix fuerit, de qua paulo ante verba fecerat, nullum in Evangelista vestigium deprehendimus. Imo contrarium ex eo colligi potest, quod Mariam Magdalenam Christus in coniunctu suo habuerit, mulierem autem peccatricem post absolutionem ipsi impertitam a se dimiserit, eamque in pace abire jussiterit, ut alias rationes taceamus. Nolumus ergo ex Maria Magdalena mulierem illam peccatricem facere, quod citra gravem injuriam fieri non posse arbitratur Marcus Antonius de Dominis libr. 2. de republ. eccles. c. 2. n. 46. Conferantur etiam peculiares tractatus, quibus Mariam Magdalenam falso pro peccatrice illa haberet, de qua Luc. 7. agitur, probarentur Bilibaldus Pirckheimerus & Nicolaus Beringius, qui conjunctim editi sunt Hannovera 1644.

§. XI. Cæterum num etiam Maria soror Lazari a Maria Magdalena diversa fuerit, nolumus imprimis tantum disquirere. Graviter divexat illa quæstio Franciscum Turrianum. Cum enim Constitutiones Apostolicae, quas pro genuinis habet, lib. 3. c. 6. Mariam Lazari sororem a Maria Magdalena distinguant, & tamen breviaria Romana ecclesia utramque pro eadem habeant, valde torquetur, dum vel officium Romanæ ecclesiæ, vel apostolicas constitutiones erroris arguere cogitur. Igitur ad

ad incitas redactus, ex apostolicis constitutionibus Mariam Lazari sororem eandem esse cum Maria Magdalena negat, & tamen etiam se non errare putat, si cum ecclesia pie dicat, Mariam Lazari sororem eandem esse cum Maria Magdalena, licet falsum sit, quod ecclesia dicit. Sed vertigini sua hominem relinquaremus. Alias Gerardus a Nazareth, Episcopus Laodicensis, peculiarem librum edidit, in quo probare nititur Mariam Magdalenam unam tantum esse fœminam in evangelica historia, & eam quidem fuisse sororem Lazari. Rationes ejus recentet Hospinianus de festis Christianis p. 128. Nos unam esse Mariam Magdalenam evangelicam libenter agnoscimus, neque eorum sententiam probamus, qui apparentes contradictiones in historia dominica resurrectionis circa Mariam Magdalenam occurrentes aliter non solvi posse statuunt, quam si unica illa Maria Magdalena in plures dividatur, quæ Evangelistas conciliandi ratio Jacobo Fabro & iam olim Ambrolio ad c. 24. Lucas placuit, quemadmodum & illis non subscribimus, qui mulierem, quæ in domo Simonis leprosi apud Matthæum c. 26. & Marcum. c. 14. Jesum unxisse memoratur, a Maria sorore Lazari cum Euthymio cap. 62. in Evangel. Matthæi & aliis distingvunt. Interim tamen & Mariam Magdalenam à Maria Lazari sorore, (quicquid Lightfooto in chron. temporum N. T. sect. 34. & in hor. hebraic. ad Joh. XII. 3. videatur) & utramque a muliere peccatrice, quam Lucas memorat, diversam extitisse minime dubitamus.

§. XII. Sufficiat ergo nobis, quod mulier, de qua Lucas agit, fuerit γυνὴ ἐν πόλει ἀμαρτωλὸς. Et Hammondus quidem observat hanc vocem vel ethniam mulierem significare posse, sicut Paulus ἀμαρτωλῶν ἐξ θεοῦ meminit, Gal. II. 15. quam significationem etiam locum habere putat Luc. VI. 32. 33. 34. vel merecirem, quod cum priori conjectura optime convenire dicit, cum nihil frequentius fuerit apud ethnicos mulieribus, quæ cor-

pore quæcum fecerunt. Nos paucis observamus, vocem ἀμαζωλος interdum quidem in genere peccatorem denotare, sicut *Petrus* ad Christi pedes prostratus ἀνδρασι μαρτωλοι agnovit. *Luc.* V, 8. aut sicut Christus και χριστος συνενος απο των αμαζωλων appellatur, *Hebr.* VII, 26. plerunque tamen flagitosos & notoris crimini bus infames peccatores illa voce designari, quales erant publicani, cum quibus ἀμαζωλοι sepiissime conjunguntur, *Matth.* IX, 10. II, *Matth.* XI, 19. &c. quales fuisse censemantur, quos Pilatus trucidaverat, *Luc.* XIII, 2. quales opponuntur *justis* *Matth.* IX, 13. quales sunt, quos Deus non exaudit, *Job.* IX, 31. quales της οδος βεβων conjunguntur, *I. Tim.* I, 9. & ασεβεις ἀμαζωλοι appellantur in *Epistola Judei*. 15. Unde etiam Suidas in lexico Tom. I, p. 195. ἀμαζωλοι, inquit, παροια συζητη προαιρεμενοι, και θιον διεφθαρειοι ασπαζουσοι, i.e. ἀμαζωλοι dicuntur, qui certo consilio, cum iniquitate vivere volunt, & qui vitam corruptam amplectantur. Et talem αμαρτωλον hanc mulierem fuisse vel ex eo pater, quod Simon Phariseus, cum ab ea Christum tangi vidisset, secum dixerit: Si Propheta hic esset, cognosceret utique τις και ποταπη γυνη ητις απτεται αντη. Unde Augustinus tract. 49. in Johannem famosam appellat mulierem. Quo autem flagitiæ genere contaminata fuerit, et si Lucas non expresserit, probabile tamen est, quod vitiis illis immersa fuerit, quibus mulieres profligatae vita indulgere solent, cuiusmodi mulieres apud Græcos, observante Cœlaubono, etiam αμαρτωλοι dici solebant. Beza prostituta pudicitia mulierem appellat. Wolzogenius non quidem publicum prostibulum, sed tamen minus servatae castitatis ream fuisse judicat. Natalis Alexander in mantissa ad dissertationem 16. seculi primi p. 125. mulierem hanc, quam Magdalenam fuisse falso supponit, non eo sensu peccatricem dici statuit, quod publica & quæstuaria meretrix esset, sed vel quod uni cuiquam vivo nobili, diviti & potenti ad amoris voluptatem addicta esset, cum totius tamen civitatis scandalum, vel quod me-

meretricio quodam ornatu incederet, & hominibus placere,  
cosque in sui amore in accendere formæ lenocinio & muliebii  
cultu studuerit. Sed unde probabit Alexander, vel intra so-  
lum habitum meretricium, vel intra concubinatum cum nobili  
quodam viro stetisse mulieris libidinem?

§. XIII. Multo minus autem Lamy probare potuit, mulie-  
rem hanc peccatricem neque nobile scortum, neque vile pro-  
stibulum fuisse. Argumentum quod a magna Christi fami-  
liaritate cum Maria Lazari sorore arcessit, fallax hypothesi labo-  
rat, quasi mulier peccatrix Maria illa fuerit. Vocem *αμαρτωλη*  
interdum generatim significare hominem a lege divina defle-  
ctentem non diffitemur. Sed hoc loco talis peccatrix descri-  
bitur, quan homines exerts quasi digitis monstrabant, dicen-  
tes: *τις ηγεποταπη γυνη*, & cui multa peccatorum debita remis-  
sa sunt. Quod meretrices ab Israelitis capitali suppicio affe-  
ctas excipit, falsum est. Annon enim Christi ævo meretrices  
erant in populo, quæ Johanni Baptista obedientes poeniten-  
tiam agebant? Matth. XXI, 32 Omnes enim illas meretrices  
gentiles non Judæas fuisse, quo argumento Lamy demonstrare  
potuerit? Sane ne adulteram quidem *εις αὐτοφωξη* deprehen-  
sam Pharisæi capitali suppicio addixerunt Joh. VIII, 3. seq. Lex  
Deut. XXIII, 18. capitali suppicio afficiendas meretrices non  
præcipit, nec si præciperet, inferri inde posset, nullo tempore  
meretrices Israeliticæ in vivis fuisse toleratas. Etiam mendici  
in Israele esse non debebant ex lege Deut. XV, 4. At Christi  
ævo mendici in Israele non defuerunt, capitali suppicio neu-  
tiquam affecti. Loco Philonis, quem Lamy adducit, opponi-  
mus alium ex libro 2. de monarchia de promptum p. 638. ubi di-  
cit, *Sacerdosibus non permisam esse licentiam ducendi meretrices*  
*animo pariter atque corpore impuras, et iam si questu relicto ad fra-*  
*gem pervenerint, eo quod olim pollutum vita genus fecerit et fuerint.*  
*Alios autem non prohibendos esse dicit, quo minus meretrices du-*

*cant.* Quam legem de prohibito Sacerdotum cum meretrici-  
bus matrimonio ex Mose repetit etiam Josephus lib. 3, antiquit.  
c. 10. Unde patet, etiam Philonem & Josephum, ad quos Lamy  
lib. 2. Harmon. evangel. c. 36. provocat, agnoscere, quod mere-  
trices in populo Israelitico versatae fuerint.

§. XIV. Hæc vero notoria peccatrix, quæ hactenus satis  
diu cum gravissimo animæ morbo confictata fuerat, a Christo  
ad poenitentiam vocata *Luc. V, 31. 32.* de peccatis suis serio doluit,  
& evangelii pharmaco sanata requiem suæ animæ invenit.  
*Matth. XI, 28. 29.* Nec teneri se passa est, cum Christum in ædi-  
bus Simonis Pharisæi versari cognovisset, quin ad hunc cœle-  
stem medicum properaret. Perruptis ergo omnibus, quæ  
ipsam remoratura videbantur, obstaculis domum Pharisæi in-  
travit, & a tergo Jesu stans pedes ejus largo lacrymarum imbre  
irrigavit, irrigatos capillis capitinis extensis, osculis crebro  
iteratis exceperit, & tandem unguento quod attulerat perfudit.  
O epulas in hoc convivio Deo gratissimas, nec Angelis fastidi-  
tas! Fastidivit tamen easdem opinione sanctitatis tumens Pha-  
risæus, cui oggannienti Christus ita ad iniqua murmura respon-  
dit, ut ostenderet, mulierem hanc non amplius peccatorum de-  
bitis onerari, quippe quæ multis impensè suæ caritatis operibus  
multa sibi debita remissa esse abunde testaretur. Duos scilicet  
ajebat, fuisse debitores, unum denarios creditori suo quin-  
gentos, alterum quinquaginta debuisse, cum autem neuter  
solvendo esset, creditorem utrique debitum ex gratia donasse.  
Hac parabola prolatæ Jesus Pharisæum interrogabat: uter ho-  
rum creditorem plus esset dilecturus? Cum ille responderet:  
existime eum plus dilectorum, cui plus ex gratia donatum, re-  
sponsionem hanc Christus approbat, sed facie ad mulierem  
conversa ulterius ad Simonem dicebat: *vides hanc mulierem?*  
*ingressus sum domum tuam, tu pedibus meis aquam non dedisti;* *hac*  
*autem lacrymis pedes meos rigavisti,* *& capillis suis eos extensis tu*  
*oscu-*

osculum mihi non dedit; hæc autem ex quo ingressa est, non destitit de osculari pedes meos, oleo caput meum non unxit; illa autem pedes meos unguento perfudit. Quapropter dico tibi: remissa sunt ei peccata ejus multa, nam dilexit multum.

§. XV. Abutitur his verbis Bellarminus lib. 2. de pœnit. c. 12. ut probet contritionem esse causam remissionis peccatorum, hoc loco, inquiens, delictio sive contritus ex dilectione, quam lacryma testabantur, apertissime dicitur esse causam remissionis peccatorum, siquidem particula illa: quoniam, causalis est. Idem repetit c. 14. cum ait: verba Domini: remittantur ei peccata multa, nihil aliud significant nisi magnam dilectionem causam suisse magne indulgentia, & ut S. Gregorius explicat in homil. 33. magnam rubiginem peccati magno caritatis igne purgatam. Sed salva res est. Attendum enim est, particulam &c. aliasque cau- fales nonnunquam non causam rei indicare, sed causam argumenti vel consequentia, ut I. Cor. X. 5. Joh. XII. 39. I. Joh. III, 14. aliisque Scripturarum locis. Quam significationem hoc etiam loco obtinere agnoscit Jesuita Salmero tom. I. in evangelic. histor. p. 327. cum dicit: quia quoniam coniunctiones sunt causam reddentes vel a priori rursum frequenter faciunt, vel a posteriori iuxta illud: dimissas sunt ei peccata multa, quia dilexit multum, ubi & plura hujus significationis exempla profert. Unde Theodorus Beza summatim impudentiam illis jure meritoque tribuit, qui hoc loco ad evertendam gratuitam ex sola fide justificationem abutuntur.

§. XVI. Idem Bellarminus de justificatione agens lib. I. c. 13. inter dispositiones justificationis dilectionem numerat, & hanc sententiam ex his ipsis Christi verbis probare contendit. Andradius autem lib. 6. orthod. explicat eo usque audaciæ procedit, ut ex iisdem Christi verbis inferat, homines per dilectionem formaliter justificari. At quemadmodum ex verbis Christi non inferri potest, caritatem esse causam remissionis peccatorum

rum, ut modo dictum est: ita nec ex illis probari poterit, dilectionem vel ad justificationem disponere, vel eandem formaliter constituere. Quomodo enim dilectio peccatricis vel ad justificationem disponere, vel eandem formaliter constituere potuisset, quæ potius fructus & effectus justificationis erat, ut parabola a Christo proposita ostendit, qua Phariseum convincere, & πρῶτον ejus ψεύδες elicta post narrationem propria ipsius confessione convellere volebat. Ut enim Phariseus agnoscebat, creditorem a debitore, cui multa remisit, multum diligit: ita ex dilectione peccatricis, quæ juxta Theophilactum πρώτην εὐδέλεξτην πόλλην, velut ex effectu largissimam remissionis gratiam ipsi factam colligere debebat. Loquitur ergo Christus non de dilectione, quæ remissionem peccatorum antecessit, sed quæ remissionem peccatorum consecuta est.

§. XVII. Excipit Costerus in enchirid. c. 6. dilectionem fuisse priorem donatione debiti, cum remissio exprimatur in praesenti, dilectio in præterito: *remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Verum vulgata hæc versio cum fontibus non congruit. Habetur enim in græco textu vox ἀφέωνται, quæ non est praesentis, sed præteriti temporis. ἀφίησι enim in præterito activo habet ἀφῆνα, Boëotice ἀφάνα, Attice ἀφάνα, & sic in præterito passivo ἀφέμεναι, & in tertia plurali ἀφέωνται. Equidem Adamus Conzenius in comment. ad Luc. 7. p. 85. gravissimi erroris arguit Musculum, quod in locis communibus dixerit ἀφέωνται male verti: *remittuntur* in praesenti, cum tamen sit præteritum. Repugnare dicit huic sententia Græciam. Sed in Græcia parum se versatum prodit Conzenius, cum Græciam Musculo repugnare dicit. Non itaque mulieri peccatricitum demum peccata remissa sunt, postquam dilexerat, sed post peccati debitum gratis donatum, dilectionis debitum solvere studuit.

§. XVIII. Excipit Maldonatus ad h. l. Christum argumentari

tari non a simili sed a contrario , quasi diceret : debitor quidem ille parabolicus , qui quingentos denarios foeneratori debuit , multum dilexit , quia multa ipsi remissa sunt , at huic mulieri multa peccata remissa sunt , quia multum dilexit . Verum per- versa est hæc verborum Christi interpretatio , ut patet ex ver- bis statim additis : *cui parum remissum est , is parum diligit , eo- dem , quem in parabola tenuerat , ordine servato .* Insistit ergo Christus parabolæ sua & propriæ Simonis Pharisei confessioni , ostenditque peccatrixi huic multa peccata remissa esse , ideoque eam multum diligere . Unde Stella particulam öri h. l. per id- circo exprimit , quod et si alii Pontificis durum videatur , durum tamen videri non debet . Nam & Paulus particulam 2 Ps. CXVI , 10. per dico expressit 2. Cor. IV , 13.

§. XIX. Excipit Barradius , peccatrixis dilectionem ex re- missionis gratia nasci non potuisse , quod illo tempore , cum Christus verba illa proferret , peccata sua sibi remissa esse non- dum cognosceret . Sed quis hæc Barradio persyasit , quod mu- lier peccatrix peccata sua sibi remissa ignoraverit ? Certe non sine fide domum Simonis intravit , & ad Christum accessit , per quam remissionis peccatorum suorum certa esse poterat . Et impossibile credit Apologia Confessionis nostræ Augustanæ p. 66. diligere Deum , nisi prius fide apprehendatur remissio pec- catorum . Quomodo ergo peccatrix Christum tantopere di- ligere potuisset , nisi remissionem peccatorum suorum fide ap- prehendisset ? Nec audiendus hic Emmanuel Sa , qui in not. ad Luc. VII , 47 p. 31. in verbis Christi aliqua subaudienda esse cen- set hunc in modum : *si huic prius dimissem , deberet me juxta tuam sententiam diligere multum , nupce vero , cum tantum amo- rem offendat , ante remissa , quod sciat , peccata sua , facere non possum , quin ei prorsus omnia remittam .* Quæ quam coacta sint , nemini obscurum esse potest . Quid non licebit , si tales ellis- pes fingere liceat ? Gratis certe præsumitur , mulierem hanc

antequam remissionem peccatorum impetraret, amorem suum ostendisse. Unde & Grotius illorum interpretationem recitat, qui de dilectione remissionem peccatorum antecedente hic agi arbitrantur, et si multa minus probanda intermisceat. Non enim probandum est, quod Grotius etiam dilectionem, quæ remissionem peccatorum antecedit, dari statuit, ejusque rei gratia Platonicorum de duplice amore, quorum alterum teneriorem, alterum robustiorem faciunt, speculationes adducit, quæ cum fide Christiana nihil commercii habent. Neque etiam probandum est, quod Grotius contortam hanc verborum Christi glossam facit: *bujus facti ergo, ut nimirum hoc fieret, Deus dignatus est illi gratiam facere peccatorum, que ut dicas & magna & multa sunt, neque id immerito.* Nam quod ex hoc facto appetet, & me & in me Deum ardentissime illa diligit, quod si minus illi condonatum esset (ut tu minus tibi condonatum putas, ) minus quoque diligeret, ut tu minus diligas. Cujus glosa stabilienda causa verba λέγω σοι in parenthesi ponit, & verbum λέγων per præsens reddi cupit. Longe planior est glosa a Grotio repudiata, juxta quam Christus ex dilectione tanquam signo remissionem peccatorum probare voluit, & particula δι τη signative non causative accipitur, ut alterius Hugonis verbis utamur.

§. XX. Sunt etiam, qui excipiunt, Christum & in parabolam & in ejus applicatione de dilectione loqui, quæ remissionem vel debiti, vel peccati antecessit, quasi Christus post propositam parabolam Simonem interrogasset, quis fœneratorem plus dilexit? & Simon respondisset: existimo, fuisse magis dilectum fœneratorem ante debiti remissionem ab illo debitore, cui majus debitum remisit, Christus vero responso Simonis approbato hanc applicationem suæ parabolæ fecisset: huic mulieri remissa sunt peccata multa, quoniam dilexit multum, quemadmodum illi debitori remissum est majus debitum, quia dile-

dilexit magis. Verum hæc interpretatio verbis Christi aperi-  
tissime adversatur. Non enim dicit, fœneratorem alteri debi-  
torum , qui plus amavit , plus donasse , alteri , qui minus ana-  
vit , minus , sed utrique , cum neuter solvendo esset , gratis debi-  
tum donasse . Nec rogavit Dominus Phariseum , uter debi-  
torum ante remissionem debiti fœneratorem plus amaverit ,  
sed uter illorum post debiti remissionem plus dilecturus esset ?  
Hæc enim ejus verba sunt : τίς αὐτῶν πλειον ἀντὸν αγαπήσει ;  
quis illorum eum magis diligit ? Hanc igitur parabolam postea  
ad mulierem peccatricem applicans , ipsi multa peccata renissa-  
esse ex eo demonstrat , quod multum diligit , voce οὐ non tam  
αἰτιολογικῆς quam συλλογισμᾶς accepta , nec tam causam rei  
quam causam conclusionis exprimente , cujusmodi usus parti-  
cularum causalium in illis propositionibus occurrit , in quibus  
ab effectu ad causam concludimus , ut cum dicimus : Sol ortus  
est , quia dies est , ignis ibi oritur , quia funus ascendit , vivit il-  
le homo , quia ambulat , graviter læsus est , quia multum irasci-  
tur . Nimirum Phariseus mulierem peccatricem maximis fla-  
gitiis adeo pollutam esse judicabat , ut ejus attactu Christum  
quoque pollui censeret . Christus vero mulierem ab Aristar-  
chi hujus præjudicii vindicatur , & Phariseum ex præmissis  
& ab ipso concessis διτοναιτάρχητον redditurus ad ἀντοψίαν dedu-  
cebatur , ut ex dilectionis operibus , quæ tum coram a muliere  
siebant , agnoscere , multa peccatorum debita ei remissa esse ,  
qua tantum diligebat . Nec hic negligenda observatio Flacii  
in clave p. 232. notantis , particulam quia non conjungendam es-  
se cum verbo *remissa* , quasi causam remissionis indicet , sed  
cum verbo *dico* , cum indicet rationem assertionis , non causam  
efficientem remissionis factæ , qua de re se in libello de fide  
prolixius egisse scribit .

§. XXI. Abunde ergo patet ex his , quæ dicta sunt , quod  
mulier peccatrix jam ante remissionem peccatorum adepta fu-  
erit ,

erit, quam Simonis Pharisei ædes intraret. Nam simul ac verbo legis contrita de peccatis suis serio doluit, & verbo evangelii ercta promissum Messiam vera fide apprehendit, remissionem peccatorum impetravit, Deoque reconciliata & in foro conscientiae absoluta dulcissimis internæ pacis bonis frui cœpit. Tantoque minus illi de justificatione sua dubitare licuit, cum occasione ita ferente ædes Simonis ingressa gratiam coram Christi oculis invenit, & dulcissima hæc ex ejus ore verba audivit ad Simonem dicentis: remissa ei sunt peccata multa, quia multum dilexit. Minime ergo dubitandum, qui mulier hæc olim peccatrix sed nunc poenitens peccatorum remissionem illo tempore jam habuerit, cum Christus illud cum Simone Phariseo colloquium institueret. Non enim audiendus est Cornelius Jansenius Irenensis Episcopus, qui in treateacho suo p. 353. verba Christi tantam latitudinem pati afferit, ut de peccatis mox remittendis intelligi valeant. Christus enim non dicit: remittentur ei peccata multa, sed: remissa sunt.

§. XXII. Huic ergo mulieri, cui peccata jam remissa fuerant, Christus iterato remissionem peccatorum contulit, cum verbis his favissimis eam affatus est: remissa tibi sunt peccata tua. Et verbum quidem ἀφίησις varias significaciones habet. Interdum idem est ac emittere, sicut de emissione spiritus Matth. XXVII, 50. & de emissione vocis Marc. XV, 37. usurpatum. Interdum idem ac permettere, ut in verbis Christi: ἀφετο τὰ πασιδια ἐγχειρισμένα με, οὐδὲ μὴ κωλύετε ἀνταπο. Marc. X, 14. Interdum idem ac prætermittere, sicut Paulus τὸν τῆς ἀρχῆς τῷ χειρὶ λόγῳ prætermittere volebat. Hebr. VI, 1. Interdum idem ac dimittere, ut Christus finita concione turbam dimisit. Matth. XIII, 36. Interdum idem ac omittere sive negligendo, Matth. XXIII, 23. sive negotium non facefendo, Marc. XIV, 6; sive vitando, Matth. XV, 14. sive deferendo, ut repudiata uxores deferuntur 1. Cor. VII, 11. 12. 13; sive in statu suo aut loco ali-

aliquid relinquendo, sicut pastor perditam ovem querens, cæteras in deserto relinquit. Matth. XVIII, 12. Interdum vero etiam τὸ ἀφένει, ut varios relinquendi modos, qui hoc verbo exprimi solent, taceamus, idem est ac remittere, quemadmodum debita remittuntur, Matth. XVIII, 27. 32, & peccata Matth. VI, 12. Postrema significatio hujus loci est, de quo nunc agimus. Contulit enim Christus mulieri peccatrici denuo remissionem peccatorum jam antea ipsi divinitus donatam & hactenus continuatam, ita ut peccata, quæ perpetraverat, ipsi ad condemnationem non imputaret, sed obedientiam suam satisfactoriam ipsi applicaret, eaque peccata illius coram DEI judicio operiret.

§. XXIII. Persona, quam Christus ex gratia hoc beneficio remissionis peccatorum & absolutionis dignatur, est γυνὴ ἀμαρτωλός, seu mulier peccatrix, sed qua pœnitentiam jam egerat, & in gratiam Dei recepta fuerat, nec ad vomitum redierat, sed in statu gratiae constituta fidem, qua Salvatoris sui meritum apprehendebat, per insignia caritatis documenta declarabat. Huic, inquam, Christus dicebat: ἀφέωνται σοι αἱ ἀμαρτίαι. Nam etiam renati & fideles remissione peccatorum indigent, nec quisquam inter homines tam sanctus est, cui non sit ad Patrem in cœlis quotidie orandum: remitte nobis debita nostra.

§. XXIV. Remisit autem Christus mulieri peccatrici ἀμαρτίας seu peccata. Ait enim: ἀφέωνται σοι αἱ ἀμαρτίαι, remissa sunt tua peccata. Significat autem vox ἀμαρτία aberrationem a lege D E I, sive illa fiat originaliter, Rom. V, 12. sive actualiter, Jac. I, 15. Quærerit Hieronymus Tom. VI. Oper. in c. 2. epist. ad Ephesios p. 187, quid interficit inter παραπομπαὶ & ἀμαρτίας? & responderet, quod παραπομπαὶ quasi initia peccatorum sint, cum cogitatio tacita subrepit, & ex aliqua parte conniventibus nobis, nec dum ramen nos impulit ad ruinam, ἀμαρτίας vero, cum quid opere consummatum pervenit ad finem.

nem. Verum ista differentia in Scriptura non observatur. Omnis enim generis peccata *μαρτη* appellantur, sive cogitationibus subrepant, sive opere consummentur, sive homo ex infirmitate delinquit, sive malitiose verbum Dei transgreditur. I. Joh. V, 7. Remisit ergo Christus mulieri peccatrici omnia ipsius peccata, originale & actualia, venialia & mortalia, & quocunque nomine venirent. Dicit enim generatim: remissa tibi sunt peccata tua. Nec obstat, quod in praecedentibus dixerat, multa peccata ipsi remissa esse. Omnia enim mulieris peccata utique multa erant. Non enim DEUS in remissione peccatorum alia condonat, alia reservat, ut Cornelius Jansenius Episcopus Gandavensis in concordia sua evangelica c. 48. recte observavit. Non solum autem culpam omnium, quae patraverat, peccatorum Christus remisit, sed simul etiam temporales pariter & aternas peccatorum poenas condonavit.

§. XXV. Recte quoque alter Cornelius Jansenius, Irenensis Episcopus in TetrateUCHO sive commentario in sacra evangelia p. 353. ex Cyrilli thesauro observavit, verba hæc Christi ad mulierem peccatricem summa cum potestate dicta fuisse. Non enim Christus tantum annunciat mulieri remissionem peccatorum, sed pro divina, quæ ipsi competebat, potestate vere contulit, quemadmodum Christus mulierem, quæ spiritum infirmitatis habuerat, non solum a morbo liberatam annuncavit, sed ipse etiam divina virtute liberavit, cum ad eam dixit: γένους, ἀπολέλυσα τῆς αἰδενίας σε. Luc. XIII, 12. Familiare enim fuit Christo simul cum verbo præstare effectum verbo significatum, quod pluribus exemplis probat Estius ad difficultiora Scriptura loca p. 939. ubi etiam observat, in nostro loco per verbum præteriti temporis significari operationem instantaneam, quæ quid simul fit & factum est. Certe qui simul cum Christo in ædibus Simonis accumbebant, verba Christi ita interpretabantur, ideoque intra se dicebant: quis ille, qui etiam peccata re-

remittit? Quæ verba non Pharisæorum murmurantium & ca-  
lumiantium, sed discipulorum, immensam Christi non solum  
corpora sed etiam animas sanantis potestatem admirantium,  
fuisse H. Grotius ad l. I, existimat. Sed rectius verba illa Phari-  
sæis & Scribis simul cum Christo invitatis tribuuntur. Nam  
etiam illo tempore, cum Christus paralytico peccata sua re-  
mitteret, Scribas offensos legimus. Matth. IX, 3. Quisquis ve-  
ro verba illa dixerit, certum est, verba Christi non aliter appre-  
hensa fuisse, ac si Christus non solum mulieri peccatrici peccata  
sua remissa fuisse declarasset, sed etiam remissionem peccato-  
rum ipse revera his ipsis verbis contulisset.

¶ XXVI. Ita autem Christus peccata mulieri remisit, ut  
Andreas Osiander causam non habuerit negandi, quod mulieri  
huic peccatrici categorice peccatorum remissio denuntiata fue-  
rit. Quemadmodum enim Christus paralytico categorice  
peccatorum remissionem denunciavit, cum ad ipsum dixit:  
confide fili, remissa sunt tibi peccata tua, quæ verba Osiander  
Wormatiæ conjunctive vel optative explicanda censuit, quasi  
Christus diceret: es mögen dir deine Sünde vergeben werden/  
quo nomine a Melanchtonne castigatus est: ita etiam Christus  
mulieri, et si maxima peccatrix fuisset, categorice remissio-  
nem peccatorum annunciat, nec aliter vel a muliere vel a  
præsentibus convivis verba Christi intellexerunt, quasi  
dixerit: ecclesia eam duriter non tractet, remittantur ei peccata.  
Quæ interpretatio quam aliena sit, res ipsa clamat.

¶ XXVII. Cum igitur Christus mulieri peccatrici, cui pec-  
cata jam remissa fuerant, denuo peccatorum remissionem im-  
pertiverit, cur non & Minister Christi per absolutionem priva-  
tam illis remissionem peccatorum iterato conferre possit, qui  
jam antequam ad privatam confessionem accesserunt, peccato-  
rum

rum remissionem a Deo obtinuerunt? Negant id quidem Novatores nonnulli, πεπονθότας ἐφ' εἰστοῖς ὅτι σὺ δικαιοί, Luc. XVIII, 9. ideoque sine confessione privata ad S. Coenæ usum admitti cupiunt, persuasi nulla absolutione opus se habere, cum remissionem peccatorum jam habeant. Verum illis mulieris peccatrix exemplum recte opponi potest, quæ remissionem peccatorum jam adepta eam ex integro obtinuit.

¶. XXIX. Excipiunt Sanctuli diversam esse rationem mulieris, quæ ab Evangelista γυνὴ ἀμαρτωλὸς dicitur, & fidelium, in quibus peccatum non dominatur, qui mortui sunt peccato, qui justificati pacem habent, quinon secundum carnem sed secundum spiritum ambulant, in quibus nulla est condemnatio, in quibus remissio peccatorum perunctionem est obsignata, qui in gratia Dei persistunt, & de ea certi sunt. Hos enim ἀμαρτωλὸς vocari non posse statuunt, cum vocabulum illud de fidelibus nunquam usurpetur, & fideles in Scriptura non ἀμαρτωλοί, sed justi & sancti appellantur. O sanctos homines, quibus in publicum prodeuntibus omnes campanas pulsari æquum esset, ut novos Cœlites adesse omnes inteligerent, ceu Lutherus de ejusmodi sanctulis alicubi loquitur. Mulierem illam, quæ ἀμαρτωλὸς a Luca dicitur, antequam poenitentiam ageret, notoris peccatis famosam fuisse, haud insiciamur, at fideles ἀμαρτωλὸς dici non posse, falsissimum arbitramur. Sane Petrus dicere non veretur: ἀνὴρ ἀμαρτωλὸς εἰμι, Luc. V, 8. quod etiam Novatores sine mendacio de se dicere poterunt. Imo mendaces erunt, si se ἀνδρας ἀμαρτωλὸς esse negent. Quisquis enim negat peccatum se habere, mentitur, & veritas in ipso non est. ¶. Joh. I, 8. Paulus de Christo dicit, quod sit ἀρχιερεὺς, ὁσιος, ἄνακτος, ἀπόκτοντος μεχεργευμένος απὸ τῶν ἀμαρτωλῶν Hebr. VII, 26. Ceterum autem est, Paulum sub nomine ἀμαρτωλῶν in illo loco omnes homines complecti, & ne sanctissimos quidem homines excipere. Fatendum igitur erit Novatoribus, quod Paulus dum solum

solum Christum ex numero τὸν αὐτοὺς λόγων eximit, quoslibet homines, quantamcumque sanctitatem sibi arrogent, τοὺς αὐτοὺς λόγων annumerare religioni minime habeat. Non enim putto, quod dicere ausint, se perinde ac Christum esse τὸν αὐτοὺς λόγων καχορισμένον.

§. XXIX. Evidenter parvum abest, quin Pietista aliqui eos usque vesaniae procedant, ut αὐτοὺς λόγων sibi competere gloriantur. Nam Christophorus Sebachius in der Lehre von der Erneuerung und Vollkommenheit ad tantum perfectionis fastigium Christianos in hac vita provechi posse, statuit, ut nullis amplius infirmitatibus laborent. Negat ex petitione quinta sequi, quod in hac vita ab omnibus peccatis liberari non posimus. Negat ex verbis Jacobi, dicentis : *in multis labimur omnes*; Jac. III, 2. inferri posse, quod omnes, qui nobis in hac vita adhaerent, errores depolare non valeamus. Negat ex verbis Iohannis I. Joh. I, 8. elici posse, quod mendac sit, qui se peccatum habere inciat, cum idem Johannes statim v. 9. addat, quod Deus nos ab omnibus iniquitatibus emundet, hoc est, ut ipse interpretatur, virtutem largiatur ab omni peccato abstinenti. Verum Pelagiana ista portenta, quæ clarissimis Scripturæ dictis aperta fronte adversatur, autori suo relinquamus.

§. XXX. Excipitur ulterius contra exemplum peccatricis, quod illa adhuc in pœnitentia agenda versata fuerit, necdum communionem cum Christo habuerit, sed nunc demum ad Christum venerit, alia vero sit fidelium conditio, qui in graviora peccata non lapsi tali pœnitentia opus non habent, nec primum ad Christum veniunt, sed communionis cum Christo jam pridem participes facti absolutione a peccatis opus non habent. Verum cum remissio peccatorum locum non habeat, ubi pœnitentia non praecessit, necesse est, etiam peccatricem fidelein jam fuisse, cum Christus ejus peccata remissa pronunciavit. Fide enim Christum jam accesserat, antequam in do-

mo Simonis Pharisæi ejus pedibus appropinquaret. Cum ergo Christus mulieri huic peccatrici, quæ fidelis jam erat, & remissionem peccatorum jam obtinuerat, remissionem peccatorum iterato contulerit, nihil persona sua indignum faciunt fidèles, cum jam a Deo justificati, & de justificatione sua certi a Ministro Dei privatam absolutionem petunt.

§. XXXI. Ulterius regerunt Novatores mulierem peccatricem, et si forte jam a Deo remissionem peccatorum imperasset, cognitam tamen & certam hanc peccatorum suorum remissionem non habuisse, nec aliquem ejus sensum percepisse, sed potius adhuc sub iræ sensu & poenarum metu constitutam conscientia dictante cogitasse, peccata sua majora esse quam quæ dimitti possent, aliam vero esse fidelium conditionem, qui de gratia Dei & peccatorum suorum remissione certi sunt. Unde vero Novatoribus constat, incognitum fuisse peccatrici, quod remissionem peccatorum a Deo imperasset? Num Christus tam submissæ locutus est, cum facie ad mulierem conversa dixit: ipsi multa peccata remissa sunt? an peccatrix tam surda fuit, ut verba Christi non audiret? an audiens verbis ejus nullam fidem adhibuit? Quis docuit Novatores, quod peccatrix, cum ad Christum in Simonis ædibus accessit, sensu iræ divinæ adeo perculta fuerit, ut triste desperabundi Caini Carmen in corde suo caneret? Num ergo mulier tanto peccatorum suorum metu conterrata & consternata tam prope ad Christum accedere, & pedes ejus osculari & ungere ausura fuisset? Christus magnopere se ab ea dilectum pronunciat. Quomodo vero Christum diligere potuisset, si adhuc sub iræ divinæ sensu in peccatorum suorum timore versata ad desperationem inclinasset? Non enim diligimus, nisi certò statuant corda, quod donata sit nobis remissio peccatorum. Apol. A. C. p. 81.

§. XXXII. Aliud argumentum Novatores inde deprobat, quod Christus semel ad mulierem dixerit: remissa tibi sunt

sunt peccata tua, inde vero elici non possit, quod fideles *quar-*  
*taliter*, ut loquuntur, absolutionem a verbi præcone petere de-  
beant, quasi fidelis non jam aliunde remissionem peccatorum  
habeat. Sed unde Fanaticis constat, peccatricem semel tan-  
tum absolutam fuisse, nec sæpius absolutionis verbum audivisse?  
Non omnia quæ semel in Scriptura leguntur, semel facta sunt.  
Et quid obstat, quo minus fidelis beneficium absolutionis sæ-  
pius & petere & impetrare posit? De peccatrice Calvinus in  
harmonia evangel. p. 155. scribit: *qui potest, quorū sum veni-  
am, quam adeptā erat, & cujus redditā erat certior, nunc denuo  
illi Christus promittat?* Responder autem, *mirum non esse, Chri-  
sti voce de integro absolvī, quæ jam ipsius gratiam gustaverat, imo  
que persuasa erat, unicum hoc sibi esse salutis asylum, cum promis-  
so hec non superdacula fuerit, sed ad fidēi confirmationem pluri-  
mum valuerit.* Idem de fidelium absolutione dicere possumus,  
nempe non supervacuum esse, quam iteratis vicibus a Dei vi-  
cario accipiunt absolutionem, et si veniam jam ante à Deo ob-  
tinuerint, cum ad fidēi confirmationem plurimum valeat, col-  
lationem remissionis peccatorum crebro iterari.

¶ XXXIII. Excipitur fidelibns remissionem peccatorum  
a ministro quidem annunciarī, at non conferri posse, sicut &  
ipse Christus in præterito non in presenti ad mulierem dixit:  
*repente, remissa sunt peccata tua.* Verum Christi verba ita  
comparata fuisse, ut omnes qui aderant, intelligerent, quod  
mulieri isti remissionem peccatorum contulerit, ipsa docet  
historia, ut supra jam notavimus. Nec dubium est etiam mi-  
nistros Christi vere remissionem peccatorum penitentibus  
conferre, sive a gravi peccatorum lapsu resurgentibus, sive in fi-  
de & gratia stantes confessionem privatam edant, Falsa enim  
est Calvinianorum & Scholasticorum quorundam, nec non A-  
nabaptistarum, Socinianorum & Arminianorum hypothesis,  
remissionem peccatorum a Præconibus verbi tantum annun-  
ciari

ciari hominibus, non conferri. Non solum remissionem a Deo factam annunciant Ministri & promulgant, sed etiam vera poenitentibus remissionem peccatorum conferunt & impertinent.

¶ XXXIV. Evidenter satendum est, haud raro nostrates Theologos de absolutione loquentes annunciationis mentionem facere, veruntamen id non ita accipendum est, quasi negarent in absolutione remissionem peccatorum conferri. Unde injuriam faciunt nostratisbus Pontificiorum nonnulli, qui ecclesiis nostris impingunt, quasi absolutionem in nuda annunciatione consistere docerent, cum tamquam annunciationem, que in absolutione sit, cum reali collatione remissionis peccatorum conjunctam agnoscamus, quam sententiam S. Scripturae conformem esse nemini obscurum esse potest. Christus enim dicit ad Apostolos: *quorumcunque remiseritis peccata, his remissa sunt.* Joh. XX, 23. Quemadmodum igitur minister non solum regenerationem annunciat, sed etiam ipse diuinatio regenerat; 1. Cor. IV, 15. Gal. IV, 19. quemadmodum exhibitionem Corporis & Sanguinis Christi non solum annunciat, sed etiam ipse porrigit tanquam dispensator mysteriorum Dei, 1. Cor. IV, 1. quemadmodum non solum salutem hominibus annunciat, sed etiam salvat; 1. Tim. IV, 16. ita etiam remissionem peccatorum non solum annunciat, sed etiam confert. *Remittit peccata*, ut Hulsemanni verbis utamur, extens. breviar. Theol. p. 123. non solum annunciendo, sed remissionem per modum cause ministerialis ad hoc ordinante etiam applicando poenitentibus, quomodo baptizat, convertit, salvat auditores. Oeconomus non solum annunciat domesticis suis quod cibum accepturi sint, aut accepterint, sed actu cibum illis exhibet. Pari ratione dispensatores mysteriorum Dei, qui sunt *οι επί τούς γοργόν*, 1. Cor. III, 9. non solum remissionem peccatorum annunciant, sed actu, jussu & loco Domini dispensant. Christus qui potestatem habuit remitten-

zendi peccata hominibus in terra , Matth. IX, 6. etiam discipulis suis eorumque successoribus delegatam potestatem dedit remissionem peccatorum hominibus conferendi, Matth. XVIII, 18. Paulus certe non dicit: Christus remittit, & ego hoc annuncio, sed: *sic in aliiquid remitto, hoc Christi vice remitto.*

§. XXXV. Objiciuntur Novatores, fideles jam a Deo absolutos esse, ideoque remissionem peccatorum a Ministro saltem fidelibus conferri non posse, qui remissionem jam habent, nec aliud quam a Ministro, si illum adeant, fideles impetrare posse, quam annunciationem remissionis peccatorum. Sed respondemus, hominem pœnitentem, qui se per fidem ad privatam confessio-nem præparat, statim quidem a Deo remissionem peccatorum accipere, sed inde non sequi, quod Deus ipsi non etiam postea per vocem Ministri, cui peccata confitetur, peccata remittat, aut remissionem peccatorum conferat. Ultrumq; Deus facit, remittit homini peccata, quam primum se convertit & credit, & remittit etiam ipsi peccata, cum pœnitentia & fide instructus ad suum Confessionarium accedit. Illa remissio fit in cœlo, hæc vero etiam in terra, illa fit a Deo immediate, hæc mediate, per illam peccata remittuntur, per hanc remissio peccatorum jam accepta iteratur, confirmatur, & simul aliis quoq; innoscit, qua de re Car-povius Senior in unverfalschten Lutherischen Löse-Schlüssel contra Müllmannum p. 129. videri poterit.

§. XXXVI. Fanaticus quidam in tractatu germanico unius plagulæ de potestate clavium & privata confessione & absolutione clavem solventem ad eos tantum pertinere afferit, qui ligati sunt. Cum ergo fideles, qui in gratia statu versantur, non ligati sint, eos etiam a Ministro non solvi posse infert. Quod autem clavis solvens in ligatis tantum locum habeat, exemplo mulieris peccatricis & paralytici Matth. IX, 2. probare nütztur. Verum unde probari poterit, paralyticum gravibus peccatis morbum contraxisse? Saltem probari non potest, quod illo

tempore cum per bajulos in lecto ad Christi pedes depositus fuit, adhuc propter peccata mortalia ligatus fuerit. Probabile enim est, quod fidem jam habuerit, cum bajulis se portandum permitteret, & antequam in Christi conspectum veniret. Si autem fidem habuit, antequam in Christi conspectum veniret, etiam remissionem peccatorum habuit, antequam Christus ad ipsum diceret : *confide fili, remissa tibi sunt peccata tua.* Quamprimum enim homo penitens vera fide Christum amplectitur, de remissione peccatorum suorum certus esse potest. Solvit ergo Christus eum, qui non amplius ligatus, sed solutus erat. Quantum autem ad mulierem peccatricem attinet, eam gravibus olim sceleribus contaminatam fuisse non inficiamus. Attamen non ligata sed soluta erat, cum Christus ipsi diceret : *remissa tibi sunt peccata tua.* Cuius assertionis testem ipsum Christum omni exceptione majorem habemus, qui iam antea de muliere illa dixerat : *remissa ipsi sunt peccata multa.* Discimus igitur potius ex mulieris peccatricis exemplo, illis etiam per clavem solventem remissionem peccatorum conferri posse, qui per clavem ligantem constricti non sunt.

§. XXXVII. Varia denique e Lutherō testimonia Novatores pro sententia sua allegare solent. Probaturi enim aliam rationem esse mulieris peccatricis, aliam fidelium, adducunt verba Lutheri, qui in explicatione orationis dominice, postquam duplē remissionem peccatorum esse observaverat, exemplo peccatricis, quam ex vulgari opinione Mariam Magdalenam appellat, distinctionem illam illustrat, his inter alia verbis utens : alle heyde zeiget Christus in Maria Magdalena. Die erste / da er ihr den Rücken zukehret / und doch zu Simon sprach : ihr sind viel Sünde vergeben / da hatte sie noch nicht Friede. Die andere / da er sich zu ihr wand / und sprach : dir sind verlassen deine Sünde / gehe hin im Friede / da ward sie zu frieden. Tom. I. Altenb. p. 95. Ex hoc Lutheri loco probare solent adversa-

versarii, non sequi: Peccatrix, cui peccata jam remissa fuerant,  
 accepit absolutionem, ergo & fideles absolutionis privatæ ca-  
 paces sunt. Rationem differentiæ in eo querunt, quod pec-  
 catrix, antequam Christus eam absolveret, pacem nondum  
 haberet, alia autem sit illorum fidelium ratio, qui pacem jam  
 habent, ideoque tali absolutione non indigent. Verum Lu-  
 theri mens non est, quod peccatrix illo tempore, cum Chri-  
 stus in tertia persona & quasi tergo obverso de ipsa ad Pharisæ-  
 um dixit: remissa sunt illi peccata multa, nullam plane pacem  
 habuerit, & tunc demum pacem acceperit, cum Christus eam  
 his verbis compellavit: remissa tibi sunt peccata tua, sed hoc  
 tantum indicare voluit, quod pacem internam magis senserit,  
 cum Christus altera vice ipsam de remissione peccatorum  
 certiore fecit. Cæterum neminem fidelium tam san-  
 ctum esse, ut remissione peccatorum non indigeat,  
 Lutherus eodem loco p. 94. satis clare indicat, cum ait:  
 was wöllten die grossen Heiligen bitten zu unsren Zeiten / die da sich  
 ganz from schäzen / sonderlich / wenn sie gebeichtet / absolviert und  
 gnug gehan haben / und nu also leben / daß sie nicht bitten für ihre  
 Sünde (wie die alten rechten Heiligen / von denen David sagt /  
 pro hac orabit &c. ein eleglicher Heiliger wird Gnade bitten  
 für seine Sünde Pl. XXXII, 7.) sondern nur gross Verdienste  
 sammeln / und ein kostliches Passlast im Himmel gar nahe bey S.  
 Peter bauen mit viel guten Werken? Doch helf uns GÖTZ /  
 wollens versuchen / ob wir sie könnten zu Sündern machen / und  
 unter unsre arme sündliche Sippschaft zehlen / daß sie mit uns ler-  
 nen diß Gebet / nicht allein für der Beicht und Busse / sondern auch  
 nach dem grossen Ablass von Pein und Schuld / beten / und nach  
 aller Schuld Vergbung mit uns sagen: HErr verlaß uns unser  
 Schuld. Notent hoc sanctuli nostri, nec se sanctiores esse  
 censeant, quam quibus remissio peccatorum denuo conferri  
 possit. Si autem iterata absolutio tan. o ipisis odio est, exeat  
 etiam

etiam templo, quoties publica absolutio renunciatur, & quicquam petitionem ex oratione Dominica omittant. Aut si eam omittere religioni habent, fateantur, se quoque quotidie missione debitorum spiritualium opus habere, nec putent sanctitati fidelium injuriam fieri, si per Ministrum a peccatis absolvantur. Si enim pax spiritualis, qua fideles gaudent, non impedit, quo minus immediatam peccatorum remissionem quotidie petant, cur eos pudeat mediata remissionem peccatorum a Ministro flagitare?

§. XXXVIII. Producit etiam solent a Novatoribus verba Lutheri ex parte extrema concionum post redditum ex Pathmo habitarum Tom. 2. Altenburg. p. 115. ubi ait: wer aber einen festen starken Glauben hat zu GOTTE und ist gewiss seine Sünde sind ihm vergeben/ der mag diese Beicht wol lassen anstehen/ und alleine GOTTE beichten. Verum ex his quoque verbis non sequitur, quod firmioribus in fide, qui de justificatione sua certi sunt, remissio peccatorum conferri non possit, & quanquam immediatam remissionem magis necessariam existinet Luthe-rus, quam mediatam, neminem tamen a privata confessione his verbis arcere voluit. Attendantur modo verba immediate sequentia: aber wie viel sind ihr/ die solchen festen starken Glaub-en und Zinversicht zu GOTTE haben? Es sehe ein ieglicher hie auf sich selbst/ dass er sich nicht verführe. Videant igitur Novatores, ne cum Pharisaïs falsa persuasione semet ipsos seducant. Certe Lutherus confessionem privatam contemptui minime habendam suo ipsius exemplo in eadem concione docuit. Postquam enim confessionem Pontificiorum his verbis improbaverat: diese Beichte hat der Pabst gesetzeng geboten/ und einen Nothstall draus gemacht/ dass es zu erbarmen ist. Dass nothigen und zwingen hab ich verworfen und hart angegrissen/ da ich von der Beicht geprediget und geschrieben habe. Und eben darum will ich nicht beichten/ dass es der Pabst gebotzen hat/ und haben will/ denn er soll mir die Beicht

Weicht frey lassen / und keinen Zwang noch Gebot draus machen /  
des er keine Macht noch Gewalt hat zu thun/ statim subjicit: aber  
dennoch will ich mir die heimliche Weicht niemand lassen nehmen /  
und wolte sie nicht umb der ganzen Welt Schag geben/ denn ich  
weiss/ was Stark und Trost sie mir geben hat. Es weiss niemand  
was die heimliche Weicht vermag denn der mit dem Teuffel oft  
fechten und kämpfen muss / ich wäre längst von dem Teuffel über-  
wunden und erwürget worden / wenn mich diese Weicht nicht erhalten  
hätte. Et paulo post: wir müssen auch viel Absolution haben /  
damit wir unser blödes Gewissen / und verzagtes Herz gegen den  
Teuffel / und für GOTT stärken und trosten mögen / darum sol-  
man die heimliche Weicht nicht verbieten / noch jemand's davon hal-  
ten. Et iterum p. 116: also sehet ihr/ das die heimliche Weicht nicht  
zu verachten ist / sondern ein trefflich Ding sey / der ich meinen hal-  
ben nicht gerathen wolt umb die ganze Welt.

¶. XXXIX. Conquiri denique solent illa Lutheri loca, in  
quibus permittit, ut aliquis sine confessione ad S. Coenam acce-  
dat. Verum non valer consequentia: licet nonnumquam sine  
confessione ad S. Coenam accedere, E. fideli, qui de sua justifica-  
tione certus est, remissio peccatorum a Ministro conferri non  
potest. Præterea loca illa Lutheri non unius sunt omnia gene-  
ris. Interdum enim illis licentiam sine confessione sacra eu-  
charistica adeundi indulget, quibus sine justa causa absolutio  
denegatur, ut. Tom. I. Altenb. p. 614. cum ait: will er nicht ab-  
solviren / so lasz ers / und gebe er Rechenschaft am Jüngsten Tage  
seines versagten Ambts / und beraubten Sacramentes / dem er es  
schuldig gewesen / und soll sich dasselbe Weichtkind nicht mehr umb  
die Absolution bekümmern / und auf solche gehane Weicht und  
gesuchte Absolution frey zum Sacrament gehen / er ist für GOTT  
gewißlich absolvirt / und muss den Raub seiner Absolution gedul-  
dig und fröhlich leiden / wie er leiden musste einen leiblichen Raub.  
Interdum non tam die ipsa confessione simpliciter, quam de cer-

to confessionis modo agit, ut Tom. VI. Altenb. p. 116. ubi dicit: neben dieser freyheit behalten wir die Weise / daß ein Beicht-  
kind erzähle etliche Sünde / die ihn am meisten drücken / und das  
thun wir nicht umb der verständigen willen / denn unsern Pfarr-  
herr / Caplan / M. Phillips / und solche Leute / die wohl wissen / was  
Sünde ist / von denen fordern wir der keines. Aber weil die liebe  
Jugend / täglich daher wächst / und der gemeine Mann wenig ver-  
siehet / umb derselben willen halten wir solche Weise / auf daß sie zu  
Christlicher Zucht und Verstand erzogen werden. Nonnunquam  
de eo agit, quod contemptores confessionis non cogi debeant,  
sed suo ipsorum periculo relinquunt. Nam in eodem, quem  
proxime allegavimus, loco scribit: zwar wir zwingen niemand  
zur Beicht / wie das alle unser Schrift bezeugen / wer sie nicht ha-  
ben will / der läß sie fahren / gleich wie wir nichts darnach fragen /  
wer unsern Catechismus und Lehre nicht haben will. Wie hält nie-  
mand den andern / denn wir ( Gott Lob ) reichlich gelehrt sind / daß  
Christus unser Herr keinen stolzen eigenwilligen Kopf / in seinem  
Reich leiden will / warumb solten wir denn solche hoffärtige Gei-  
stier mit Gewalt in sein Reich zwingen? läß sie nur fahren / wie  
die Spree / so der Wind verneigt / ihr Feuer wird sie wohl finden.  
Similia profert Tom. VIII. Altenburg. p. 973. dazu darf dich  
nun niemand zwingen mit Geboten / sondern so sagen wir / wer  
ein Christ ist / oder gerne seyn wolte / der hat hie einen treuen Rath /  
daß er hingehet und den kostlichen Schatz hole / bistu kein Christ / oder  
begehrtest solches Trosts nicht / so lassen wir dich ein andern zwin-  
gen. Et iterum: wer nun sein Elend und Noth fühlet / wird wohl  
solch Verlangen darnach kriegen / daß er mit Freuden hinzulauffe /  
welche es aber nicht achtet / noch von ihnen selbst kommen / die lassen  
wir auch fahren. Das sollen sie aber wissen / daß wir sie nicht für  
Christen halten / & iterum: bistu nun ein Christ / so darfst du weder  
meines Zwangs noch Pabstis Gebot nichts überall / sondern wirst  
dich wohl selbst zwingen / und mich darumb bitten / daß du solches  
mögest

mögest cheilhaftig werden. Wilstu es aber verachten / und so stols ungebeichtet hingehen / so schliessen wir das Urtheil / daß du kein Christ bist / und auch des Sacraments nicht sollt geniessen. Denn du verachtet / daß kein Christ verachten soll / und machest damit / daß du keine Vergebung der Sünde haben kannst. Und ist ein gewiß Zeichen / daß du auch das Evangelium verachtet.

S. XL. Lutherum ipsum nonnunquam sine confessione ad eucharistiam accesisse propria ipsius verba dubitare non sinunt. Dicit enim Tom. 7. Altenb. p. 10. und ich D. Martinus selbst etliche mal ungebeichtet hinzugehe / daß ich mir nicht selbst eine nöthige Gewohnheit mache im Betwissen / ubi etiam verbi Ministris , nec non aliis , qui semetipso bene probare possunt , liberum reliquit , ut sine confessione ad sacram missam veniant. Interim tamen de se statim addit: doch wiederumb der Beicht brauche und nicht entbehren wil / & generatim hanc ibidem regulam praescribit: es soll niemand zum Sacrament gelassen werden/ er sei denn zuvor bey dem Pfarrherrn gewesen ; sicut & in Augustana Confessione artic. 4. abus. dicitur: *non solet porrigi corpus Domini , nisi ante a exploratis & absolutis ; & in apologia Aug. Confess. p. 250. porrigitur sacramentum bis , qui ut involuti , postquam sunt explorati & absoluti.* Quanti autem de cætero Lutherus confessionem & absolutionem privatam habuerit , vel haec ejus verba testantur Tom. VI. Altenb. p. 117 : wenn tau-send und aber tausend Welt mein wären / so wolt ich alles lieber verliehren / als ich wolt dieser Beicht das geringste Stücklein eines aus der Kirchen kommen lassen. Et paulo ante: nun wir sie wieder angerichtet haben / wollen sie abermal / der Teuffel und seine Apostel / wiederumb gar niederschlagen. Aber mir nicht / wer sie für sich nicht will haben / der laß sie gehen / doch sol er sie darumb uns und andern frommen / die ihr benötiget / und ihren Nutzen versiehen / nicht nehmen noch vernichten. Et paulo post: siehet ers aber und höret / und verdammt also wissentlich die Beicht in diesem

Stücke / so ist er ein lauter Teuffel und kein Mensch / & postea: und dis Stück ist nicht allein der Jugend und dem Pöbel / sondern iedermann nüß und noth / und solls keiner verachten / er sey wie wie gelehrt und heilig er wolle / denn wer ist so gar hoch kommen / daß er Gottes Wort nicht bedürffe / oder verachten möge? Und umb dieses Sticks willen brauch ich der Weicht am allermeisten / und will und kan ihr nicht entbehren / denn sie mir oft und noch täglich grossen Trost giebt / wenn ich betrübt und bekümmert bin.

§. XLI. Etsi vero absolutio privata ante S. Coenæ usum simpliciter necessaria non sit, ideoque ecclesiæ nonnullæ evangelicæ ea non utantur, & qui in ecclesiis illis agunt, sine laetione conscientiæ ea abstinent possint, alia tamen ratio est, si quis in illis ecclesiis degat, in quibus absolutionis privatæ usus ante S. Coenam introductus est. Ubi enim usitatus est hic ritus, non est omitendum, non tantum, quia præclarum usum habet, sed etiam quia non convellendus est ordo ecclesiæ, nec committendum, ut quilibet, quod sibi rectum videtur, faciat. Id enim sine aliorum scandalo non fieret, ut Balduinus in Casibus conscientiæ graviter monuit, p. 346, qui etiam pag. 347. addit, quod etsi peritiores hoc in genere libertate sua uti possint, tamen propter scandalum, quod inde facile nasci posset, jure suo utinon debeat. Imprimis vero hæc libertas non permitenda hodiernis fanaticis, qui singularitatis studio sine confessione privata ad eucharistiam admitti cupiunt, falsoque sibi persuadent, nullam amplius peccatorum remissionem confiri sibi posse; quæ persuasio quam falsa sit, abunde demonstratum arbitramur.

§. XLII. Qui vere pli sunt, quamvis peccata sibi a Deo remissa credant, tantum tamen abest, ut a privata absolutione abhorreant, ut eam potius cum gaudio suscipiant. Optime Lutherus Tom. II. Altenburg. scribit: Wiewol ich nicht dringe / so rathe ich doch darzu / daß du mit Lust heichtest / ehe du zum Sa-

era

crament gehest / oder ienicht sie verachtest. Denn wiewol in den Worten der Messe / als im Haupstück / die Absolution stehet / dennoch solt du darumb die andere Absolution nicht verachten / Gott ha: sein Absolution reichlich und viel uns gegeben / der keine umb der andern wissen zuverachten ist. Als im Vater unser hat er die Absolution gesetz / das uns unser Sünde sollen vergeben seyn / wenn wir unsern Nächsten vergeben / die soltu nicht verachten / noch das Vaterunser darumb lassen ligen / ob wos in der Messe auch ein Absolution stehet ic. & in articulis Smalcaldicis part. 3. artic. 4. p. 329. afferit, quod Deus superabundanter dives & liberalis sit gratia & bonitate sua, & non uno modo nobis contra peccatum consulat & auxiliatur. Et si igitur fidelis quotidie remissionem peccatorum impetrat, privatam tamen absolutionem non contemnit, qua audita publicam, qua ex suggestu fieri solet, absolutionem ad se non pertinere minime judicat, sed illam quoque laetus apprehendit, & tum etiam in sacra Coena remissionem peccatorum denuo accipit, & pro magnō beneficio agnoscit, fidem suam tot salutaribus gratiae remediis a DEO confirmari, cui pro superabundante il-

la gratia sit gloria in omnes æternitates.

**F I N I S.**

Præter alia, qua irrefore, sphalmata, sequentia corrigerem non dedignabitur Ben. Lector: §. 12. lin. 20. pro παρεμπολιτα lege παρεμπολιτα  
§. 27. pro πεπιθωτας lin. 7. lege πεπιθωτας.

AD CLARISSIMUM & PEREXIMUM

DN. M. RESPONDENTEM,

Disputationis hujus Autorem doctissimum, Theologiae Cultorem strenuum, Fautorem & Amicum  
æstimatissimum,

**D**E Cardinali Bellarmino in ejus vita refert Jacobus Fuligattus lib. 7. c. 2. quod paulo ante mortem bis intra semet ipsum inquisiverit, & ne minimas quidem labeculas invenerit, in quas absolutio sacerdotalis pronunciari posset, ideoque in hac culpa penuria necesse fuerit, res quasdam generales, quas sacramento jam aboleverat, iterum sententiae subjicere. Similes Bellarmino Novatores quidam in eo funt, quod nullas in se peccatorum labeculas agnoscant, at in eo dissimiles, quod confessionem & absoluti-  
nem

nem privatam alpernentur, non aliam, ut vide-  
tur, confessionem sibi congruere judicantes,  
quam qualem B. Virgo Maria ex Alberti Magni,  
Vivaldi, Dionysii Carthusiani aliorumque Pon-  
tificiorum sententia coram proprio suo Confes-  
sario Johanne Evangelista, aut si illum absentem  
esse contingeret, coram Jacobo, Hierosolymæ E-  
piscopo, edidisse perhibetur, cum non peccata  
sua sed DEI beneficia tantum recensuit, vel,  
quod Sylvestro placet, sub conditione, si forte in  
uno vel altero opere negligentior fuerit, culpæ  
aliquid agnovit. Contra istos Sanctulos Nova-  
tores imprimis directa est, SCHULZI CLA-  
RISSIME, hæc theologica, quam publico  
nunc examini subjicis, disputatio. Quam,  
dum mihi exhibes, non possum non de egregiis  
studiorum profectibus Tibi gratulari, quos & nu-  
per Præses in cathedra Philosophica cum laude  
demonstrasti, & nunc iterum insigni specimine  
theologico omnibus dissertationem hanc legen-  
tibus approbas. Macte virtute tua, macte inde-  
fessa, quam in studiis diligenter excolendis exer-  
ces diligentia, tanto magis commendanda, quod  
veram nec fucatam pietatem ac morum integri-  
tatem conjunctam habeat. Sic spes & vota Pa-  
ren.

rentis Tui Maxime Reverendi, Fratris mei in  
Christo Honoratissimi adimples, nec dubito,  
quin cum magno ejus gaudio & orthodoxæ ec-  
clesiae commodo exoptatum studiorum egregie  
actorum portum propediem sis ingressurus,  
quod in Divini Numinis Gloriam animitus Tibi  
appreco.

Scrips. Lips. d. 25. Aug.  
A. C. 1703.

## PRÆSES.



753962




56.

R

V/D





25.
26.
**DISPUTATIO THEOLOGICA**  
*AD LOCUM*  
 Luc. VII, 47. 48.  
<sup>D.C.</sup>  
**ITERATA**  
**ABSOLUTIONE**  
**PECCATRICIS, CUI**  
**PECCATA JAM REMISSA**  
**FUERANT,**  
<sup>2 V A M</sup>  
**SUB PRÆSIDIO**  
**DN. THOMÆ ITTIGII,**  
 SS. Theol. Doct. ejusdemque P. P. Facultatis suæ h. t. Decani,  
 Præfulatus Miseneris Canonici, Consistorii Assessoris, ad D. Nicolai  
 Pastoris & Diocesis Lips. Superintendantis,  
**Domini Præceptoris atque Patroni sui omni**  
**observantiae cultu æternum suscipiendi**  
*Ad d. 28. Aug. A. C. 1703.*  
**IN AUDITORIO THEOLOGICO**  
 Horis Consuetis  
 Publico examini subjicit  
 RESPONDENS  
**M. JOH. GEORG. SCHULZE/**  
 Waldenburgo - Misn.  
 LIPSIAE,  
 Typis Joh. CHRISTOPH. BRANDENBURGERI.